



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

De 8. Præcepto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

de quo etiam idem Auctor loco cit. cap.
22. & 23.

DE VIII. PRÆCEPTO Decalogi.

Non dicendi falsum testimonium.

PROHIBETUR hoc præcepto omnis
testificatio falsi, in præiudicium
proximi. Quamuis enim esset etiam fal-
sum testimonium, si quis testificaretur
falsum in utilitatem, & commodum, &
honorem proximi; tamen hic accipitur
in malum, & pertinet ad iniusticiam
contra proximum, & oritur suo modo
obligatio restituendi.

2. Mendacium in genere, est quedam
testificatio, seu assertio falsi scienter, ad
decipiendum proximum. Dixi, scienter,
quia si quis dicat falsum, putans esse ve-
rum; non est mendacium: sicuti è con-
tra, si quis dicat verum, putans esse fal-
sum; est mendax ex prava voluntate.
Solet autem diuidi in perniciosum, in-
cosum, & officiosum. Primum est in no-
cumentum alterius. Secundum ob de-
lectatio

lectionem. Tertium ob utilitatem. Semper autem est peccatum, saltem veniale, licet possit esse mortale, præsertim perniciosum, si adnexam habeat gravem aliquam malitiam. *S. Thom. 2. 2. quest. 110.*

3 Si quis in iudicio testificetur falsum crimen proximi; peccat mortaliter: primò, peccato sacrilegij, si adhibuit iuramentum: secundò, peccato iniustitiæ, nisi excusetur parvitate materiæ, & teneatur ad restitutionem: non tamen cum maiori damno, quàm sit illud, quod patitur proximus ex falso testimonio: teneatur tamen cum æquali, aut minori: v. g. ex falso testimonio Pauli aliquis mittendus est ad triremes; teneatur Paulus cum periculo eiusdem pœnæ se retractare, non tamen cum periculo vitæ. Quòd si non retractat; peccat, & teneatur ad damna, quæ patitur ille in triribus, & familia sua. Quòd si absq; Pauli testimonio, ille ad triremes missus fuisset; Paulus peccavit, sed non teneatur ad restitutionem: v. g. si fuit ultimus testis non necessarius. Quando verò multi testes concurrunt per modum unus, &

N

NON

non datur ordo inter illos; tunc omnes tenentur ad restitutionem, etiam si dimidia illorum pars satis fuisset ad condemnationem: non enim est maior ratio vnius, quam alterius. Idem dicendum est de falso testimonio extrajudicium: tenetur enim talis ad restitutionem famæ, & aliorum damnorum, quæ sunt consecuta.

De Detractione, & Murmuratione.

4 **H**VC etiam pertinet peccatū detractionis. Est enim detractio veluti quoddam priuatum testimonium criminis, & infamæ alterius: & committitur, cum aliquis verbo dicit aliqui nocium famæ alterius, siue falsum, siue occultum: nam, si sit publicum; non est detractio, nec contra iustitiam: licet possit esse contra Charitatem, si dicatur ex contemptu, & vilipendio proximi, & in materia graui, & ex aliquo interno odio personæ; & in vtroque casu criminis falsi, vel occulti tenetur ad restitutionem famæ, & damnorum.

; Re